

Joachim Albinus   Georg Türcke


## **Disputatio De In Integrum Restitutionibus**

Rostochi[i]: Pedanus, 1619

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749384131>**

Druck   Freier  Zugang





V. N. 2 (155.)

1. Boucquoy, de renunciatione invalida.
2. Cludius, de tutelis.
3. Cludius, processus iudicarii suscipiendi delincentis.
4. Gerhard, de solemnitatibus testamentariis.
5. Lotichius, de foro competente, tam communi quam privilegiato.
6. Lotichius, de jure primogenituræ seu de primogeniis illustri-  
um imperii.
7. Neulbaum, de collationibus bonorum.
8. Neulbaum, de traditione seu modo acquirendi naturali.
9. Rinowius, de fideicommissis familiaribus.
10. Stuerzinger, de statutis et eorum interpretatione.
11. Wiegand, societatis, quæ est inter virum et uxorem respectu  
conjugalis acquiritus.
12. Lincow, de sequestratione, placidæ creditorum cæsuræ,  
in thesauris et horum.
13. Lincow, de panibus civilibus.
14. Carnach, de differentiis juris rom. et germ. in heredis insti-  
tutione voluntaria.
15. Müller, de veritate celata.
16. Bornemann, de negotiis gestis.
17. Engelbrecht, de jure absentia.

18. Antrenius, arbor consanguinitatis et affinitatis  
tam respectu matrimonii, quam successioneis.
19. Arumaeus, selectarum juris appoime controversi quaestio-  
num ΗΜΙΕΚΑΣΤΙΑ.
20. Arumaeus, de ΠΡΩΤΟΠΡΑΞΙΑΣ, jure et privilegio pluri-  
um creditorum colligis exactioibus.
21. Arumaeus, de jure tutelarum.
22. Arumaeus, ad l. 2. C. de reficend. vendit.
23. Arumaeus, de jure emphyteutico.
24. Braun, de poena conventionali maxime in matri-  
monialibus.
25. Bremer, de jurjurando, vi et metu exorlo.
26. a Breugel, de represso alijs.
27. Althart, de libello.
28. Albert, de termino animationis factus humani, rannu dal  
Rind in Mülltalreibeu die Parla ausgefügt.
29. Alherti, de pulmonum subfidentium experimenti prou-  
denti applicatione
30. Albinus, de jure dotium.
31. Albinus, de emtione vendit.
32. Albinus, de p. p. restitutionibus.

32 4A

Disputatio  
DE  
IN INTEGRUM  
RESTITUTIONIBUS.

*Quam*

DEO ANNUENTE

Amplissimo in Rostochiensis Academiã  
Collegio Juridico approbante

PRÆSIDE

CLARISSIMO ET CONSULTISSIMO VIRO

DN. IOACHIMO ALBINO  
J. U. D.

*Publicè proponit*

GEORGIUS Türcke

Hannoverã - Brunsvigus.

*Habebitur in Auditorio majori 20. Februarij.*



ROSTOCHI

*Typis exscriptis Joachimus Pedanus, Acad. Typog.*

ANNO CHRISTI M. DC. XIX.

AMPLISSIMIS, CLARISSIMIS,  
Prudentissimisque viris incluta Reipubl.

HANNOVERENSIS

CONSULIBUS,  
SYNDICO ET TOTI  
ORDINI SENATORIO,  
Dominis meis observandis.

S. Dico.

**D**estinavi vobis, Viri Amplissimi, hanc meam  
disputationem, causa inter ceteras precipue  
est URBS vestra, in qua majores paren-  
tesque mei & nati & alti sunt. Quo nomine  
jure obligatum me fateor, & in fronte hujus dispu-  
tationis profiteor: Quam velut grati animi mo-  
numentum, ad vos mitto. Indigna res, Patria  
conservatores, quam vobis offero. Verum ubi qua-  
rebam vestra dignitate dignum munus, non inve-  
niebam; ubi conveniens, erat JURIS hoc specimen.  
Id igitur aequis animis capite & me cum meis ama-  
te. Bene valete & DEO & Reipubl. felices vi-  
vite. Data Rostochijè meo musæo. Nonis Janua-  
rij anni novi M. DC. XVIV. quem vobis singulis  
faustum doveo.

GEORGIUS TÜRCKE  
Autor & Resp.

Disputatio  
DE IN INTEGRUM  
RESTITUTIONIBUS.

T H E S I S I.



Vtilitas hujus materiae non eget commen-  
datione, ipsa enim se ostendit, dum hominibus vel lapsis  
vel circumscriptis plurifariam subvenit *l. utilitas. 1. h. t.*

2. Est autem restitutio in integrum redintegranda  
rei vel causae actio. *Paul. 1. Sent. 7. extraordinaria scilicet  
l. in causa. 16. de minor.*

3. Et est vel generalis vel specialis. De generali in  
integrum restitutione heic: de speciali in seqq. cum Deo, agemus.

4. Causa efficiens est Praetor *l. utilitas. 1. h. t.* Ille enim hoc beneficium  
ex aequitate introduxit *l. Divus Antoninus. 7. Verb. aequitas. h. t.*

5. Ex quo evadit jure stricto vel summe hoc auxilium fuisse incognitum:  
Hoc enim jure, quae semel rata & valida erant, non poterant rescindi. *l. nemo. 7. 5.  
de R. 7.*

6. Causa impulsiva hujus beneficij praetorij est captio & justus error ejus,  
qui officium Praetoris implorat *l. utilitas 1. l. sine. 2. h. t.*

7. Subjctum restitutionis in integrum sunt tam mares quam feminae  
*l. minor. 48. §. 1. C. 3. de minor.* tam majores, quam minores decepti deceptave  
sine sua culpa, maxime si fraus ab adversario intervenerit. *l. Divus. 7. §. fin. h. t.  
l. minor. 18. §. fin. de minor.*

8. Nec solum decepti deceptave, sed & eorum successores *l. non solum.  
6. h. t.*

9. Verum cum omnia beneficia & jura aut rei suae aut personae *l. excep-  
tiones 7. de except.* quaritur utrius generis sit restitutio in integrum?

10. Et rei & personae, diversae *res*, esse videtur.

11. Rei quia laesio est restitutionis causa *l. non omnia 44. de minor.*

12. Personae: quia non datur fidejussoribus *l. in causa. 13. de minor. l. 1.  
C. de fidejuss. min. l. exceptiones 7. in fin. de exception.*

13. Nig



13. Nisi vel dolus adversarij in fidejussione intercessit *d. l. exceptiones. 7. §. fin. de except. l. 2. C. de fidejuss. min.* vel salva sit adversario actio adversus alium *l. minor. viginti quinq. an. 11. de procurat. l. si pupillus. 89. de acquir. heredit. vel nisi fidejussor ignoraverit minorem eum esse, pro quo intercessit arg. l. si Titius. 48. de fidejuss.* vel nisi minori heres extiterit *l. Stichum § 5. §. quod vulgo 3. de solut.*

14. Datur hoc auxilium adversus lædentes, cujuscunq; etiam conditionis sint.

15. Objectum ejus sunt res circa quas versatur.

16. Hæc; vel mobiles vel immobiles non tamen satis minimæ *l. scio. 4. b. t.*

17. Restitutiones enim non temerè sunt indulgentæ *l. si quis. 9. in fin. cum l. seq. de dol. mal. cum contra jus civile dentur. l. in honorarijs. 35. de O. & A.*

18. Forma hujus beneficij consistit in eo; primum, ut quis læsus vel circumscriptus sit in aliquo negotio, sine suo facto *l. utilitas. 1. b. t.*

19. Deinde ut negotium in quo circumscriptus est, ipso jure valeat *l. in causa. 16. §. & generaliter 3. de minor. Nam quod nullum est, rescissione non eget. l. non putabit. 8. §. non quevis. 2. de bon. poss. cont. tab. l. si se. 4. §. condemnatum 6. de re judic.*

20. Tertio ut restitutiones omnes expediantur causâ cognitâ à Prætoribus *l. omnes 3. b. t.*

21. Deniq; ut causâ restitutionis intra quadriennium continuum agatur & peragatur *l. fin. C. de temp. in integr. restit.*

22. Quod quadriennium pro varietate personarum variè numeratur.

23. Minoribus 25. ann. numeratur non ex tempore læsionis, sed ex primo die 26. anni in diem extremum 29. anni, vel ex die quo insinuaverunt veniam ætatis. *l. 5. C. de temp. in integr. rest.*

24. Militibus ex die missionis. *l. 1. C. de temp. in integr.*

25. Alijs absentibus Reipubl. causâ ex die reditus *l. nec non 28. §. si quis 3. ex quib. caus. mai.*

26. Effectus est, ut omnia in eandem causam restituantur *l. illud. 10. in fin. quod met. caus. & medio tempore nihil deintegretur, sed omnia maneat de integro, quoad de restitutionis causâ pronunciatum sit l. un. C. in integr. restit. postul. ne quid.*

27. Finis, ut hominibus lapsis vel circumscriptis perinde subveniat, ac si lapsi non essent *l. utilitas. 1. b. t.*

28. Hactenus de generali in integrum restitutione: sequuntur jam ejusdem speciei Edicto comprehensæ veluti: metus, dolus, ætas minor, capitisminutio, absentia; justus error. *l. utilitas. 1. & l. si se. 2. b. t.* De singulis speciebus singularium ordine dicemus.

DE

## DE METU.

29. Prima igitur species in integram restitutionis hæc est: si quid metus causa gestum sit *l. 1. b. t.*
30. Olim & vis fiebat mentio propter necessitatem impositam contrariam voluntati. Sed postea detracta est vis mentio; idem quia quodcumque vi atroci fit; id metu quoque fieri videatur *l. 1. b. t.*
31. Vis autem est majoris rei impetus, qui repelli non potest *l. vis 2. h. t.*
32. Metus est timor majoris malitatis *l. metum 5. b. t.* est instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio *l. ait. 1. b. t.*
33. Causa efficiens Edicti est Prætor *l. ait Prætor. 1. b. t.*
34. Causa efficiens metum est periculum instans vel futurum, mortis terror *l. nec timorem 7. §. 1. h. t.* cruciatus corporis *l. si per vim. 4. C. b. t.* servitutis, vinculorum *d. l. 7. §. 1. infamiae l. isti 8. §. quod si 2. h. t. &c.*
35. At quaeritur quorsum hoc Prætoris auxilium, eum ea quæ metu geruntur, ipso jure nulla esse videantur *l. pen. h. t.* utpote consensu carentia, bonis; moribus contraria? *l. filius 15. de condit. instit.*
36. Opinamur ea quæ metu gesta sunt, merito jure valere quia aliquis consensus, quamvis coactus intervenisse censetur *l. si mulier 21. §. fin. h. t. §. Verbi t. l. de exception. dum ex duobus malis minimum eligitur.*
37. Objectum, de quo actio quod metus causa datur, sunt pecuniæ *l. isti 8. §. si is 1. h. res l. item si 14. §. 1. possessiones. l. si mulier. 21. §. qui possessionem. 2. obligationes l. nec timorem 7. §. 1. cautiones l. metum 9. §. sed quod 3. manumissiones d. l. 9. §. idem Pomponius 2. usufructus vel servitutum amissiones d. l. 9. §. ex hoc pen. pignora l. illud 10. §. 1. alienationes denique omnes *l. si mulier. 21. §. si metu. 4. h. t.**
38. Subjectum sunt homines quibus vis atrox metusve infertur, sive sint patresfam. sive filijfam. *l. isti 8. §. fin. h. t.*
39. Causa formalis est, ut metus atrociter & adversus bonos mores sit illatus *l. continet. 3. §. sed vim. 1. h. t.* non à se ipso, sed ab alio *l. si mulier. 21. in pr. h. t.* & damnum sit datum *l. sed §. 12. §. fin. Eod.*
40. Effectus metus illati est, quod metum passus vel det aliquid vel se obliget duntaxat aut promittat *l. nec timorem. 7. §. 1. h. t.*
41. Effectus Edicti est, quod Prætor metu gestum non habeat ratum *l. t. h. t.* sed eo nomine actionem det *l. metum 9. §. sed quod Prætor. 3. b. t.*
42. Quæ actio est pænalis *§. præterea 31. §. de action. in rem scripta l. metum 9. §. fin. h. t.* arbitraria *l. item si 14. §. hæc autem actio 4. eod.*
43. Datur intra annum utilem in quadruplum, nisi res ante sententiam restituatur *l. item si 14. §. hæc autem actio. 4. b. t.*

44. Quadruplatur autem id, quanti ea res erit, h. e. cum fructibus & omni  
causâ d. l. 14. §. quadruplatur. 7. h. t. l. sed §. 12. in pr. eod.

45. Post annum in simplum hæc actio competit causâ cognitâ l. item §.  
14. §. si quis. 1. b. t. si alia actio non sit l. si per vim. 4. C. eod. d. l. 14. §. in  
causâ. 2. b. t.

46. Nec refragatur huic sententiæ Paulus in l. si mulier. 21. §. quod metus 1.  
b. t. quia hæc actio quoad pœnam est annalis: quoad rem metu extortam per-  
petuò datur l. quod autem 19. b. t. d. l. 21. §. 1. eod.

47. Hinc est, quod heredibus, cæterisq; successoribus detur, quoniam rei  
persecutionem habet l. quod diximus. 16. §. fin. h. t.

48. In heredem autem & cæteros in id, quod pervenit ad eos, datur non  
immeritò. d. l. 16. §. fin.

49. Licet enim pœna ad heredem non transeat atamen quòd turpiter vel  
scelere quaesitum est, ad compendium heredis non debet pertinere d. l. 16. §. fin. b. t.

50. Venit in hanc actionem restitutio rei, quæ ablata est, unâ cum fru-  
ctibus tam perceptis quam percipiendis, omniq; causâ l. sed §. 12. b. t. l. item §.  
14. §. quadruplatur. 7. eod.

51. Sciendum heic si plures metum adhibuerint & unus fuerit conventus:  
siquidem sponte rem ante sententiam restituerit, omnes liberatos esse. l. item §.  
14. §. fin. b. t.

52. Re enim metu extortâ restitutâ, pœna evanescit.

53. Sed si id non fecerit, sed ex sententia quadruplum restituerit: verius  
est etiam sic perimi, adversus cæteros metus causa actionem d. l. 14. §. fin. b. t. quia  
unum factum & unus metus illatus censetur. l. si familia. 9. in fin. de jurisdict.

54. Nec adversatur, quod in actionibus vel merè pœnalibus vel mixtis  
unius præstatio alterum non liberet l. si familia. 9. de jurisdict. l. si plures. 34. de injur.

55. Quippe hæc facta atrociora sunt illis quorum fit mentio in alleg. l.  
item §. 14. §. fin. h. t. Clariss. meus Præceptor, Dn. Ernestus Cothman, in parat.  
C. h. t.

56. Quomodo in hac actione formandus sit libellus Interpp. variant &  
quidam duos libellos: quorum altero restitutio rei petatur: altero, re non secu-  
râ, ad pœnam agatur exhibendos esse adferant.

57. Nos missâ ἀναγωγῆς uno libello actionem proponendam & peti-  
tionem alternativè, ut scil. reus rem metu ablatam vel restituat, vel in quadru-  
plum condemnatur, instituendam esse cum Cl. Cothmano in parat. b. arbitramur.

58. Sunt & alia remedia, quæ vim passio indulta sunt.

59. Volenti enim parcere famæ rei, datur in rem actio & in personam,  
rescissa acceptilatione vel aliâ liberatione per vim extortâ l. metum. 9. §. volenti.  
4. b. aliâ tamen per aliam consumitur d. l. 9. §. licet. 6. h. t.

60. Est

60. Est & interdictio unde vide possessionibus locus d. l. 9. h. t.
61. Deinde legi Julia de vi l. sed & 12. §. fin. h. t.
62. Tertio Decreto D. Marci, quo jus credits, qui sibi privatam auctoritatem jus dixit, amittit l. extat. 13. h. t.
63. Cujus decreti dispositio perperam porrigitur ad eum, qui pignoris possessionem, ex conventionem, suam auctoritate, ingreditur, nisi vim adhibeat l. creditores 3. C. de pignor.
64. Quarto actioni de metu adfinis est noxalis actio l. quod diximus, 16. §. 1. h. t. petitio hereditatis l. item si 14. §. in causa 2. eod. exceptio de metu l. apud 4. §. fin. de dol. mal. & met. except. imploratio officij iudicis ut res restituatur l. fin. §. 1. & 2. h. t.
65. Denique eum, qui metum fecit & de dolo teneri, & consumi alteram actionem per alteram, exceptione in factum oppositam, certum est l. item si 14. §. cum qui 13. h. t.
66. Contraria; Rei sine culpa amissio l. item si 14. §. aliquando. 5. h. t. Suspicio vana l. metum & prescriptio annua l. item si 14. §. si quis. 1. nuda vexationes l. nec tironem. 7. in pr. metus reverentialis l. 5. h. t. ratificatio eius, quod gestum est l. cum te. 2. l. si per vim. 4. C. h. t. prescriptio longae possessionis l. si 3. C. eod.

### DE DOLO MALO.

67. Altera species dandae in integrum restitutionis est dolus malus, qui, deficiente Labeone, est omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumvenendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita l. 1. §. dolum. 2. h. t.
68. Causa hujus Edicti est Praetor l. 1. h. t.
69. Causa doli *μεγαλειον* est malicia, mens dolosa l. 1. h. t. l. fin. §. fin. autem. 1. C. de litig.
70. *Προκαταληκτικη* est spes lucri ex alieno l. ne ex. 12. h. t.
71. Materia doli mali sunt facta dolose commissa tam in contractibus, quam in testamentis, quam in legibus l. 1. §. fin. de dol. mal. & met. except.
72. Hujus farinae sunt, falsa merces, pondera, dolosa adfirmatio & commendatio l. arbitrio. 18. §. de eo. 3. l. quod venditor. 37. l. quod si 8. persuasio l. cum quis 31. mendacium l. quid enim 14. h. t. prorogatio litis ut ea pereat l. arbitrio. 18. §. dolo. 4. corruptio tabularum l. si quis 35. caedes d. l. 18. §. fin. h. t.
73. Forma in eo consistit, ut in actione doli designetur, cujus dolo factum sit, & quid dolo factum sit l. sed & 15. §. fin. h. t.
74. Non enim debet actor in tanto crimine vagari sed scire in qua re circumscriptus sit l. item 16. h. t.
75. Deinde ut magna & evidens sit calliditas l. & eleganter 7. §. fin. h. t. & iusta causa l. 1. §. Verba. 1. eod.

76. Prima

76. Præterea ut summa non sit modica, sed amplior duobus aureis  
l. si quis 9. §. fin. & l. seq. b.

77. Per aurum nostris moribus intelligimus aureum Ungaricum,  
nisi circumstantiæ æstimationem minorem suadeant. Consultiss. Dn. Præcep-  
tor Ernestus Cothman in parat C. b. t.

78. Porro ut dolus perspicuis indicijs probetur l. dolum 6. C. b. t.

79. Postremò ut actio alia non sit l. 1. §. verba. 1. b. t.

80. Famosa enim actio non passim indulgenda, si sit vel civilis vel ho-  
noraria vel interdictum vel exceptio l. 1. §. ait prætor. 3. b. t. Vel actio popularis  
l. & eleganter 7. §. Pomponius; 2. eod. Vel pænalis d. l. 7. §. Secundum 1. vel in  
integrum restitutio, quibus res servari queat l. 1. §. Idem Pomponius, 5. b. t.

81. Effectus actionis de dolo sunt varij.

82. Primus ut committens dolum infamiâ notetur l. 1. de his qui  
not. inf. & quod dolo malo gestum est retractetur l. & eleganter 7. b. t.; l. si  
dolo. 5. C. de rescind. vendit.

83. Secundus est ut restitutio fiat arbitrio iudicis quâ non secutâ,  
sequatur condemnatio, quanti ea res est l. arbitrio. 18. in pr. & §. 1. b. t.

84. Ideo a. & heic & in metus causa, actione certa quantitas non  
adjicitur, ut possit per contumaciam suam tanti reus condemnari, quanti actor  
in litem jurarit, Sed officio iudicis debet in utraq; actione, taxatione infuran-  
dum refrenari d. l. arbitrio 18. in pr. b. t.

85. Non tamen semper in hoc iudicio, arbitrio iudicis dandum d. l.  
arbitrio 18. §. 1. b. t.

86. Quid enim, si manifestum sit restitui non posse? veluti si servus  
dolo malo traditus, defunctus sit: Ideoq; protinus condemnari debeat, in id,  
quod interfit actoris d. l. 18. §. 1. b. t.

87. Tertius effectus est ut ob dolum restitutio, petatur aut actione doli l.  
1. §. ait prætor. 3. & seq. b. t. aut ejusdem exceptione quæ perpetuò competit  
l. pure 5. §. fin. de dol. mal. & met. except.

88. At cur exceptio doli perpetua & non actio? quia actor in sua  
potestate habet, quando suo jure utatur: Reus non item. d. l. 5. §. fin.

89. Quartus est ut contractus bonæ fidei cui dolus causam dedit sit ipso  
jure nullus: contractus, verò stricti juris exceptione doli oppositâ rescindatur l. &  
eleganter 7. in pr. b. t. l. ea vero 3. §. fin. pro. soc. l. in causa. 16. §. item 1. de minor  
l. 3. & §. C. de inutil. stipul.

90. At cui bono superior effectus?

91. Ingenti; quia stricti juris contractus, cui dolus causam dedit,  
ipso jure actionem parit & doli exceptione non oppositâ executionem officii  
l. ut inter 3. & l. dolo 5. C. de inutil. stipulat.

92. Verum

92. Verum contractus bonæ fidei, qui dolo elicitus est, nullam actionem gignit, & si quid eo nomine, solutum fuerit, id jure repetitur, etiam si doli exceptio non opponatur *d. l. Et eleganter 7. b. t. cum seqq. lb. 89. allegatis.*

93. Quintus est, ut detur hæc actio majori 25 annis, non etiam minori, quia hic in integrum restitui potest *l. quidam 38. in fin. b. t.*

94. Nec refert, quod actio de dolo competat etiam ex edicto de in integrum restitutione. Nam subsidiaria tantum competit, & ita demum, si ex alijs Edicti partibus restitutio cesset *l. 1. §. idem Pomponius. 5. b. t.*

95. Sextus est, ut detur & actio & exceptio doli in heredem & ceteros successores *l. si plures. 17. §. 1. h. t. ex lucrativa causa, secus ex onerosa l. apud. 4. §. si quis. 29. §. 5. auctoris. 31. de dol. mal. §. met. excep. l. si rem 6. de except.*

96. Adversus parentes patronosve neq; doli exceptio neq; alia quidem quæ patroni parentisq; opinionem apud bonos mores suggillet, vel quæ famola est, competere potest *d. l. apud. 4. §. adversus. 16. de dol. mal. §. met. except. l. non debet. 11. §. 1. h. t.*

97. Nec datur actio doli humili adversus eum, qui dignitate excellit, nec plebeio adversus consularem receptæ autoritatis, aut luxurioso atq; prodigo aut alijs vili, adversus hominem vitæ emendationis *d. l. 11. §. 2. b. t.*

98. Quid ergo est? In horum persona dicendum est in factum verbis temperandam actionem dandam, ut bonæ fidei fiat mentio *d. l. non debet. 11. §. 1. h. t.*

99. Heredibus tamen harum personarum, item adversus heredes de dolo actio erit danda, de eo quod ad eos pervenit *l. heredibus. 13. l. si plures. 17. §. 1. h. t.*

100. Licet autem actio de dolo ei, qui dolum commisit infamiam notam inurat *l. 1. de his qui not infam.* attamen heredem non infamat, quia is calculi ratione potius, quam maleficii, utpote per mortem auctoris extincti, convenitur *l. Sabinus. 29. b. t. l. furti. 6. §. fin. de his qui not. infam.*

101. An in Municipibus de dolo actio detur dubitatur? Scio puto ex suo quidem dolo non posse dari; Quid enim Municipibus dolo facere possunt? Sed si quid ad eos, pervenit ex dolo eorum, qui res eorum administrarunt: puto dandam. *l. Sed §. 15. §. 1. b. t.*

102. De dolo autem Decurionum in ipsos Decurionis dabitur de dolo actio *d. l. 15. §. sed an. 1. in fin. b. t.*

103. Item si quid ex dolo procuratoris ad dominum pervenit, datur in dominum de dolo actio, in quantum ad eum pervenit. Nam procurator ex dolo suo procul dubio tenetur *l. sed §. 15. §. item 2. b. t.*

104. Pari ratione dolo curatoris tutorisve pupillo, si locupletior ex hoc factus est, nocet *l. heredibus. 13. §. 1. b. t. l. apud. 4. §. si quis 4. §. illa. 23. §. si quis. 24. de dol. mal. §. met. except.*

B

105. Si

105. Si plures dolo fecerint & unus restituerit, omnes liberantur l. plures. 17. b. t.

106. Quod si unus, quanti eares est, praestiterit puto adhuc ceteros liberari d. l. 17. b. t.

107. Sextus effectus est ut actio doli, ex eo tempore quo dolus admittitur est, intra biennium continuum moveatur & finiatur l. fin. C. b. t.

108. Finis est, ne deceptis sua simplicitas sit damnosa: dolosis malitia sua lucrosa l. 1. b. t.

109. Adfinis dolo est lata culpa l. quod Nerva. 32. de posse dissoluta negligentia l. si fidejussor. 29. in pr. mand. vis, metus l. item si 14. §. cum qui. 13. quod met. caus.

110. Actioni de dolo adfinis est actio in factum praetoria utilis l. jtaq. 28. b. t. l. verum 21. in pr. de minor. accusatio ex lege Cornelia de falsis l. si quis. 9. §. item. 2. eod. crimen stellionatus l. stellionatus. 3. de crim. stellion. actio quod metus causa l. item si 14. §. cum qui. 13. quod met. caus.

111. Contraria actioni de dolo est doli praescriptio l. fin. C. b. t. compensatio doli cum dolo l. si duo. 36. b. t. remissio doli l. si unus. 27. §. illud. 3. de pact.

## DE MINORUM XXV. ANNIS RESTITUTIONIBUS.

112. Tertia species in integrum restitutionis est AETAS MINOR, cujus infirmum consilium est, & multis captationibus suppositum; multorum insidijs expositum l. 1. b. t.

113. Causa efficiens hujus restitutionis sunt magistratus puta Praefectus praetorio l. praefecti 17. Praetor i. l. b. t. Praefecti urbium l. in causa. 16. §. fin. eod.

114. Causa impulsiva est bifida: Propinqua & remota.

115. Propinqua est captio, circumscriptio, laesio ob aetatem l. verum. §. sciendum. 3. §. seq. h. t. ex in consulta facilitate d. l. 11. §. item 4. ex aetatis lubrico d. l. 11. §. si incepti. 5. ac juvenili aetate, non fato vel casu contingens d. l. 11. d. §. 4. §. 5. l. quod si 24. §. Scaevola. 2. b. t.

116. Nec enim eventus damni restitutionem indulget, sed inconsulta facilitas d. l. 11. §. item. 4. b. t.

117. Remota causa est utilitas l. 1. de restit. in integ. & aequitas l. Dibus. 7. verb. aequitas. eod.

118. Subjectum hujus beneficij sunt minores 25. annis l. 1. §. praetor. r. b. t. (in quorum computatione tempus a momento in momentum spectatur l. deniq. 3. §. minorem 3. b. t.) liberi non servi d. l. 3. §. fin. eod.

119. Nisi

119. Nisi his forsitan fideicommissaria libertas debetur praesens *l. si ta-*  
*men. 5. h. t. vel heredes cum libertate instituti sunt l. ait. praetor. 7. §. sed et. 5.*  
*vers. non solum. eod.*
120. Nihil autem refert minores sint patresfam. an filijfam, mares an  
feminae, *l. denig. 3. §. sed utrum. 4. §. ergo. 3. h. t.* sive per tutores curatoresve  
defensum sint vel non *l. fin. de restit. in integ. dummodo ipsorum interfit restitue-*  
*re. l. 3. §. 4. h. t.*
121. Objectum hujus restitutionis, sunt laesiones vel circumscriptiones  
nes, quae ex varijs causis profiliunt *l. minoribus. 6. l. ait. praetor. 7. §. bodie. 4. l. se-*  
*ex causa. 9. l. non omnia. 44. h. t. l. pen. C. eod.*
122. Forma est primò ut actus ipso jure valeat *l. in causa. 16. §. item.*  
*1. h. t.*
123. Deinde, ut minor se minorem 25. annis fuisse, cum contraxerit,  
ostendat *l. si minorum. 4. C. h. t. l. si is. 2. C. si min. se mai. t. intra. 39. h. t.*
124. Tertio ut se circumscriptum ex eo gestu esse doceat, probet *l. ait.*  
*praetor. 7. §. non solum. 3. h. t. l. nam 9. §. si minor. 4. de jurejur.*
125. Aetas probati potest per testes idoneos *l. omnes. 2. C. de his*  
*qui ven.*
126. Hujus generis sine dubio sunt obsterices, parentes, cognati, tutores  
*l. Carbonianum. 3. §. duo autem. 5. de carbon. Edict. l. de tutela. 7. C. h. t.*
127. Quin & per libros in quos parentes filiorum natales retulerunt  
probat. Item per paraciales vel curatos ut vocant. *Vid. Maur. in tr. de in-*  
*inte rest. c. 322. §. seqq.*
128. Hac probata non est, quod minor probet se aetatis lubrico laesum  
fuisse, quia id ex praecedentibus satis est colligere *l. 1. C. qui & advers. quos.*
129. Nisi ab adversario alia laesionis causa adferatur *d. l. 1. C. qui &*  
*advers. quos.*
130. Quarto ut restitutio colorate h. e. ex justis causis petatur *l. mi-*  
*nor. 18. §. fin. autem. 1. vers. denig. h. t.*
131. Perindeq; est, sive minor per se eam flagitet *l. illud. 25. §. 1. h. t.* sive per  
patrem *l. patri. 27. in pr.* sive per tutorem aut curatorem *l. etiam. 29.* sive per  
agnatos, *juxta d. l. 27. in pr.* sive per procuratorem speciale mandatum ad id  
habentem *d. l. illud. 25. §. 1. h. t.*
132. Quod si de speciali mandatu dubitetur, interposita stipulatione  
ratam rem dominum habiturum, rei potest mederi *l. quod si. 26. h. t.*
133. Quinto ut causa restitutionis an vera & legitima sit à Praetore  
accurate examinetur *l. omnes 3. de in integ. rest.* & ad bonum & aequum rediga-  
tur *l. quod si. 24. §. non semper. 1. §. 2. h. t.*
134. Sexto, ut impetrata restitutione intra legitimum tempus h. e.  
quadriennium continuum ea agatur & peragatur *l. fin. C. de temp. in integ. rest.*  
*bid. ib. 23. §. seqq.*

B s

135. Ex



135. Ex hoc tamen quadriennio subduco tempus legitimarum caularum  
ut sunt absentia, adversa valetudo. l. 1. C. de temp. in integ. restit.

136. Cognitio in integrum restitutionis ibi h. e. in eo foro agi debet,  
ubi domicilium adversarius habet l. quoniam. 2. C. ubi. Et apud quem.

127. Nisi ex magna & gravi causa à Principe restitutio fiat l. adversus  
3. C. si ad ver. rem jud. l. minor. 18. §. 1. l. nisi 10. b. t.

138. Nec solum pro tribunali apud iudicem urbanum vel provinciale  
restitutio in integrum examinari debet, sed & apud iudicem: ab Imp.; vel à  
magistratu ordinario specialiter ad hanc rem; vel aliam, cui adhæret restitutio-  
nis quæstio, datum l. fin. C. ubi. Et apud quem. Cujac. in par. C. eod.

139. Verumenimvero magistratui municipali hæc cognitio suo jure,  
sine mandato præsidis non competit l. ea que 26. §. 1. ad muni.

140. Ut nec iudici compromissario; nec arbitro ex communi partium  
sententiâ electo; nec arbitro dato à iudice pedaneo, propriam jurisdictionem  
non habente d. l. fin. C. ubi. Et apud quem.

141. Effectus hujus restitutionis sunt multifarij.

142. Primus est, ut restitutio hæc non solum ipsis minoribus, sed etiam  
accessorijs personis proficit, puta, heredibus & successoribus & si sint ipsi ma-  
jores l. minor. 18. §. fin. b. t. l. si intra. 6. C. eod.

143. Circa quas tamen distingui solet hoc modo:

144. Aut minor minori heres extitit; & minori ex edicto datur post  
suam legitimam ætatem, ex personâ defuncti; quadriennium totum l. interdum  
19. b. t. l. ea que. 5. §. si quando 1. C. de temp. in integ. restit.

145. Aut minor majori nondum completo quadriennio; & minori  
heredi ex personâ defuncti id duntaxat tempus datur, quod defuncto reliquum  
fuerat d. l. 19. d. l. 5. §. quod si 2. C. de temp. in integ. restit.

146. Aut maior majori: & heredi statim ab aditâ hereditate id spaci-  
um indulgetur, quod defunctus habuit. Cuiac. in d. tit. par. C. de temp. in integ. restit.

147. Aut maior minori: & heres eodem tempore gaudet, quo minor  
si supervixisset. d. l. ea que. 5. §. fin. C. de temp. in integ. restit.

148. Ecquid restitutio minorum etiam procuratoribus commodat?  
commodat l. fin. de in integ. restit.

149. Nec adversatur l. cum qui. 46. b. t. Loquitur enim de defensore,  
qui sine ullo mandato partes minoris in iudicio suscepit.

150. Minoris tamen restitutio non prodest patri; suo nomine, ex ea-  
dem causa obligato. l. denig. 3. §. sed utrum. 4. b. t. secus si filij, vel peculij no-  
mine d. l. 3. §. Pomponius. 9. l. patri 27. in pr. b. t.

151. Ut nec fidejussoribus minoris l. 1. C. de fideiuss. min. juxta tb. 12.  
& seqq. 5. Nec tutoribus curatoribusve l. etiam 3. C. si tut. vel curat. nec fratri  
consorti minoris l. un. C. si in comm. ead. caus.

152. Quamvis

152. Quamvis enim communis res sit inter fratres, attamen restitutio-  
nis auxilium non est commune *l. si in una. 2. C. si unus ex plur. appell.*

153. Alter effectus est ut restitutio hæc detur tam adversus contractus,  
quam distractus *l. etiam 5. C. si tut. vel. cur. inter v.*

154. Veluti adversus venditionem. *l. ait prator. 7. §. proinde. 1. h. t.*  
*tot. tit. C. si advers. vendit.* si res cum decreto alienata est *l. si quidem. 11. C. de*  
*prad. min.* Sin absq; decreto, alienandi via SCTO obstruckta est *d. l. 11. l. 1.*  
*§. §. sunt. 2. de reb. cor. qui sub tut.*

155. Adversus venditionem pignorum, si creditores pignora sibi obli-  
gata, aut ex contractu minorum, aut capta ex causa iudicati (secus si ex here-  
ditario contractu *l. rem. 2. C. si advers. vend. pign.*) iure suo distraxerint, &  
ex istâ distractione minores enorme damnum sentiant *l. 1. C. si advers. vend.*  
*pign.*

156. Adversus donationem rerum mobilium *l. si filius 4. C. de inoffic.*  
*donat.* quam vel minor ipse, vel pater ex ipsius consensu fecit *l. 1. §. 2. C. si*  
*advers. donat.*

157. Dico mobilium, quandoquidem immobilium alienatio ipso iure  
nulla sit *l. 1. C. de prad. min.*

158. At si minor res ante nuptias congruente moderatione sponsæ  
dederit, non est locus restitutioni *d. l. 1. C. si advers. donat.*

159. Adversus transactionem & divisionem (quæ species transactionis  
est, quia divisio ut plurimum fit transgendi gratiâ) si forsitan cum adversario  
ex ætatis lubrico translegerit tutore vel curatore autore, vel si cum herede di-  
visionem fecerit *l. pen. C. comm. divid. l. 1. §. 2. C. si advers. transact.*

160. Adversus dotem, si ultra vires, vel universa bona (quod iure licet  
*l. nulla lege. 4. C. de jur. dot.*) in dotem dederit, *l. un. C. si advers. dot.* vel  
pactione dotis deteriore suam conditionem fecerit *l. minor. 48. §. fin. h. t.*

161. Adversus Solutionem, si per errorem indebitum legatum solverit  
*l. 2. C. si advers. solut.* vel si ei pecunia à debitore paterno soluta sit, vel pro-  
prio, & eam perdiderit *l. ait prator. 7. §. sed §. 2. h. t.*

162. Adversus Ulucapionem, si quis rem minoris usucepit *l. un. C. si*  
*advers. usucap.*

163. Etiam ei, qui prius, quam nasceretur usucaptum amisit, restituen-  
dam actionem Labeo scribit *l. etiam. 45. h. t.*

164. Adversus præscriptionem longissimi temporis quæ adversus mino-  
res currit *l. fin. C. in quib. caus. in integ. restit. necess. non est.*

165. Adversus hereditatem vel bonorum possessionem, quam juvenili  
ætate quis ductus omiserit vel repudiaverit, siquidem omnia in integro sint,  
omnimodo audiendus est; sin verò distractâ hereditate & negotijs finitis ad para-

vam pecuniã laboribus substituti veniat, repellendus est *l. quod. si 24. §. See-  
vola. 2. b. t.*

166. Sed & si hereditatem minor adiit minus lucrosam, succurritur ei,  
ut se possit abstinere *l. ait prator. 7. §. sed & si 5. b. t.*

167. Restitutus autem cum se hereditati misceat, vel eam adeat, quam  
repudiavit, rursus restitui poterit. ut se abstinereat *d. l. ait. prator. 7. §. restitutus  
9. b. t.*

168. Adversus legatum & fideicommissum *l. deniq. 3. §. si quid 7. b. t.  
l. ait prator. 7. §. Pomponius 7. l. si minor. 33. ead.*

169. Adversus interventiones, si fideiussorio nomine se vel rem suam ob-  
ligavit *l. ait prator. 7. §. nova solum. 3. b. t.*

170. Adversus emtionem, societatem, & mutuam, si emit aliquid, si  
societatem coit, si mutuam pecuniam accepit, & captus est *l. ait prator. 7  
§. proinde. 1. b. t.*

171. Adversus acceptilationem, si sine causa debitori acceptum rula-  
ris debitum *l. patri. 27. §. si minor. 2. b. t.*

172. Adversus novationem, si forrè ab idoneo debitore ad inopem  
novandi causã transfulerit obligationem *d. l. 27. §. pen. b. t.*

173. Adversus solutionem indebiti, si non debitum solverit ex eã  
causã, ex qua jure civili reperitio non est danda *l. illud. 25. b. t.*

174. Adversus negotiorum alienorum gestionem, si is cujus negotia  
gessit, non sit solveado *l. cum mandatis. 23. b. t.*

175. Adversus appellationis omissionem, si intra diem non provoca-  
vit, ut provocet *l. ait prator. 7. §. pen. b. t.*

176. Adversus compromissum & stipulationem, si in iudicem compro-  
miserit vel tutore autore stipulatus fuerit *l. si minor. 34. §. 1. b. t.*

177. Adversus tutelam *l. cum minor. 28. h. t.*

178. Adversus adrogationem, si se adrogandum dederit & in ipsã adro-  
gatione se circumscriptum dicat *l. deniq. 3. §. si quis. 6. h. t.*

179. Adversus emancipationem *d. l. deniq. 7. §. & si 8. b. t.*

180. Adversus castrensẽ peculium. *d. l. 3. §. si autem 10. h. t.*

181. Adversus rem iudicatam *l. minor. 18. §. sed & 2. b. t. l. preses.*

42. eod.

182. Exceptã re iudicatã prò libertate, cujus favor præponderat. *l. sm.  
C. si advers. libert.*

183. Adversus permutationem, si rem communem mutaverit *l. Titia.  
62. de jur. dot.*

184. Adversus cautionem minus idoneam *l. de die. 8. §. si servus 2.  
qui satisd. cog.*

185. Futo

185. Puto & adversus non-petitam investituram & jus ~~conspicuum~~  
minorem recte restitui, si captus sit l. 1. §. prator. 1. h. t. arg. c. 1. de Feud.  
cogn.

186. Nec solum in his sed & in judicijs sive actor sive reus sit, & cre-  
modicjs minori subvenitur l. ait prator. 7. §. sed & 4. §. ult. h. t.

187. Ad summam, ne dicam de singulis & in damno & in lucro ei  
succurritur d. l. 7. §. hodie. 6. l. minoribus. 6. l. non omnia. 44. h. t.

188. Tertius hujus beneficij effectus est, ut non tantum contra eum  
qui cum contractum est l. in causa 13. §. 1. & adversus rei possessorem com-  
petat d. l. 13. §. interdum. 1. h. t.

189. Et quidem simpliciter, si scivit rem minoris fuisse, vel si igno-  
ravit, ita demum, si prior, cum quo contractum est, non sit solvendo d. l.  
13. §. fin. junctâ l. seqq.

190. Verum etiam adversus fiscum, venditionis à se vel à fisco factæ,  
vel alterius contractus rescindendi gratiâ l. 1. C. si advers. fisc.

191. Cujus rei notio est Procuratoris Cesaris, adjuncto Præfide &  
præsente patrono, id est, advocato fisci l. 2. C. si advers. fisci.

192. Quartus effectus est ut unus quisq; jus suum recipiat l. quod si 24.  
§. restitutio. 4. h. t. l. patri 27. §. si pecuniam 1. l. sed ubi. 15. eod.

193. Quintus est, ut restitutio fiat non beneficio propriæ actionis, sed  
cognitione Pratoris l. quod si. 24. §. fin. h. t.

194. Ex quo videre est, quæstiones: an actio rescindens & rescissoria  
ex hoc edicto proficiatur & utrum utraq; uno libello cumulari queat? Super-  
vacaneas esse, siquidem totum hoc, ut jam dictum, ex Pratoris cognitione  
pendet d. l. quod si 24. §. fin. h. t.

195. Ultimus effectus est, ut postulatâ in integrum restitutione, omnia  
in suo statu sint, donec res finiatur l. un. C. in integ. rest. postul.

196. Finis hujus beneficij est, ne minores damno adficiantur, lucro-  
ve priventur l. minoribus. 6. l. ait prator. 7. §. hodie. 6. l. non omnia  
44. h. t.

197. Ad fines minoribus in hoc tractatu sunt Respub. l. Respublica 45.  
C. quib. ex caus. mai. appellationes l. præses 42. h. t. quæstiones nullitatis  
l. in causa 16. h. t. actio tutelæ l. etiam 43. eod. negotiorum gestorum l. 1. C.  
si advers. libert. restitutiones majorum l. fin. §. 1. C. de temp. in integ. restit.

198. Contraria restitutioni huic sunt, flagitare restitutionem adversus  
libertatem l. 1. §. tot tit. C. si advers. libert. l. si ex causa. 9. §. fin. h. t.

199. Adversus servitutem d. l. si ex causa. 9. §. Papinianus. 4. h. t.

200. Adversus executiones penarum & delicta l. auxilium 37. in pr.  
& §. 1. Verf. in delictis. h. t. d. l. 9. §. nunc videndum. 2. eod.

201. Adversus fatum & casum fortuitum l. Verum. 11. §. item. 4. h. t.

202. Ad-

202. Adversus minorem æquè privilegiatum *d. l. 11. s. item quadri-*  
*tur. pen. b. t.*
203. Adversus mulierem pro alio intercedentem *l. si apud. 12. b. t.*
204. Adversus renuntiationem *l. si iudex. 41. b. t. l. si intra. 6. C. eod.*
205. Adversus exceptionem veniæ, ætatis impetratæ *l. 1. C. de his qui*  
*ven. etat.*
206. Adversus ratihabitionem post 25. annum *tot. tit. C. si 25.*  
*fact. rat. hab.*
207. Adversus præscriptionem quadriennij continui *l. fin. C. de temp-*  
*in integ. restit.*
208. Adversus matrimonij contractum, quia permittente lege, et  
ætate, minor nuptias contrahit *s. 1. l. de nupt.*
209. Adversus juramentum quod indistinctè servandum legitur, si  
non vergat in interitum æternæ salutis, aut in alterius præjudicium redundes  
*c. si vero. 8. c. cum contingat. 28. in fin. x. de jurejur.*
210. Postulare restitutionem propter laris minimam rem vel sum-  
mam, ut majori summæ vel rei præjudicetur. *l. scio. 4. de in integ. restit.*
211. Implorare restitutionem emolumento majoris, non minoris.  
*l. cum mandatu. 23. b. t.*
212. Dolo malo se majorem dicere & persuadere *l. si alterius. 3. §*  
*tot. tit. C. si min. se maj.*
213. Postulare in unâ eademq; causâ iteratum in integrum restitutionis  
auxilium, nisi novæ defensiones præstentur *l. fin. C. si seq. in integ. restit.*
214. Deniq; ad contraria pertinet, si minor ipso jure munitus, resti-  
tutionis auxilium petat *l. in causa. 16. b. t.*
215. Ipso autem jure tutus dicitur primò, si cum pupillo contractum  
est, sine tutoris autoritate, nec locupletior factus est. *l. in causa. 16. b. t.*
216. Secundò, si minor quid gesserit, quod nec inter majores robur  
habeat *d. l. 16. s. item. 1. b. t.*
217. Tertio, si rem mobilem vendiderit ac tradiderit sine curatoris  
autoritate. *l. si curatorem. 3. C. b. t.* vel immobilem sine decreto. *tot. tit. C. de*  
*prad. minor.*
218. Quarto si res judicata sit contra minorem indefensum *l. cum*  
*§ 4. C. si advers. rem judic.*
219. Quintò, si mortem patris non sit ultus *l. 1. C. in quib. caus-*  
*in integ. restit.*
220. Sextò, si non interpellaverit personam debitoris ex contractu  
bonæ fidei & fidei commissi & legatis, ut ex morâ fructus & usura cederent,  
Nam ex solo tempore tradæ solutionis usq; ad legitimam ætatem ipso jure  
usura

restituenda debentur *in minorum*, 3. C. *in quib. caus. in integ. rest. l. cum vero. 26. §. apparet. 1. de fideicom. libert.*

221. Alias nulla mora ibi est, ubi nulla petitio *l. nulla. 88. de R. I. l. mora. 31. de usur. l. Titia. 87. §. usuras. 1. de leg. 2.*

222. Septimò, si amplius quam facultates mulieris ferunt, dotis nomine curatoris dolo, promissum sit, *l. sive generalis. 61. de jur. dot.*

223. Octavò, si in instituenda querelâ inofficiosi, minori obijciatur præscriptio quinquennij, *l. adolescentia. 2. C. in quib. caus. in integ. rest. vel alia præscriptio legalis, exceptâ præscriptione 30. vel, 40. ann. l. fin. C. d. jam. vir.*

224. In his casibus & paucis alijs, quos collige ex *l. si creditor. 4. C. si tut. vel cur. interv. l. pen. C. si advers. libert. l. si tutor. 4. C. in quib. caus. in integ. rest. nec non. est. l. in dubium. 3. C. de tut. vel cur. qui satisd. non ded.*, jura minorum, jure communi, integra servantur.

225. Hoc tamen non jra adiciendum, quasi, ubi ordinaria actio præstò est, cesset auxilium restitutionis in integrum. Nam & huic locus esse potest, modò sit presentius & commodius.

226. Ut enim satis est, jura minorum intacta servare, quàm post vulneratam causam remedium quaerere: jra melius est vulneratæ causæ expeditius mederi. *l. fin. C. in quib. caus. in integ. rest.*

227. Quinimò favore ætatis & ordinarium & extraordinariũ remediũ minori tribuitur & electò uno non consumitur alterum, ut electâ actione tutelæ vel negotiorũ gestorũ non consumitur restitutionis beneficium. *l. fin. C. si tut. vel cur. interven.*

228. Tandem tertiam hanc speciem claudat quaestio: an minor beneficio ætatis efficaciter renunciare possit? Non arbitramur: quia hoc ipso deciperetur, tanquam ex causâ novæ læsionis *l. doli. 19. vers. idemq. de novat. l. interdum. 19. h. t.*

*Et hæc ego minor de minoribus.*

## DE CAPITE MINUTIS.

229. Quarta species & causa restitutionis in integrum est capitis minutione que est status permutatio *l. 1. h. t.*

230. Causa efficiens hujus Edicti est Prætor *l. pertinet. 2. §. ait prætor. 1. h. t.*

231. Impulsiva, æquitas. Cum enim rigido jure priores actiones, propter imaginariam servilem causam, in quam emancipandi & adoptandi deducebantur, evanescebant; Prætor huic rigori hoc edicto mederi voluit *l. liberos. 3. §. 1. h. t.*

232. Subjectum hujus restitutionis sunt minimam capitis deminutionem passi passæve, majores minores *l. pertinet. 2. §. 1. h. t.*

233. Materia sunt contractus & obligationes civiles *d. l. 2. §. ait prætor. 1. h. t.*

234. De criminalibus enim frustra Prætor edixisset, siquidem nemo per capitis deminutionem delictis exiuitur *d. l. 2. §. nemo. 3. h. t.* Sed hujusmodi obligationes cum capite ambulans *l. tutelæ. 7. §. iniuriarum. 1. h. t.*

234. Obliga-

235. Obligationes quoq; quæ naturalem præstationem habere intelliguntur palam est, capitis deminutione non perire, quia civilis ratio naturalia jura corrumpere non potest *l. eas. 8. h. t. l. 2. §. 2. eod.*

236. Forma est, ut ante minimam capitis deminutionem contractum actumve quid sit, nam si postea, imputate quis sibi debet, cur contraxerit *d. l. 2. §. hi qui 2. h. t.*

237. Effectus est, ut actiones pristinas, stricto jure sopitas, restituat, isq; qui capitis deminutionem passus & ejus bona, perinde teneantur, ac si nulla capitis minutio intervenisset *l. tutelae. 7. §. fin. Verb. bonis l. 2. §. ut prator. 1. h. t.*

238. Datur hoc iudicium ijs, qui propter minimam capitis deminutionem debitoris, actiones suas amiserunt, rescissâ capitis minutione *l. 2. h. t. Cuj. in par. ff. eod.*

239. Estq; perpetuum & in heredes & heredibus datur *d. l. 2. §. fin. h. t.*

240. Finis est, ne quis damno adficiatur agendiq; facultate privetur *l. 2. §. 1. h. t.*

241. Ulus hujus restitutionis, hodie sublati emancipationum solemnibus, exiguus, vel prorsus nullus est *l. fin. C. de adopt.*

### DE MAIORIBUS XXV. ANNIS.

242. Quinta species & causa restitutionis in integrum est absentia *l. 1. de in in-  
reg. rest. l. 1. §. Verba. 1. h. t.*

243. Causa hujus efficiens & impulsiva eadem quæ superioris.

244. Materia est læsio vel damnum *l. 1. h. t. l. is. qui. 44. eod.*

245. Subjectum hujus beneficii sunt majores 25. annis *l. 1. Et tot. rubr. b.*

246. Et imprimis hi qui metus causâ abfuissent; scilicet si non supervacuo timore deterriti abfuissent *l. hoc editum 2. §. 1. h. t.*

247. Metus autem causâ abesse videtur, qui iusto timore mortis vel cruciatus corporis, conterritus abest, & hoc ex adfectu ejus intelligitur. Sed non sufficit quolibet terrore abductum timuisse: Sed hujus rei disquisitio iudicis est. *l. metus. 3. h. t.*

248. Item hi, qui reipublicæ causâ sine dolo malo abfuissent. *l. item qui. 4. h. t.*

249. Reipublicæ causâ abesse eos solos intelligimus, qui non sui commodi causâ, sed coacti absunt *l. Rei publicæ 36. l. non verè. 42. h. t.*

250. Præterea milites qui Romæ militant, pro Reipubl. absentibus habentur *l. milites. 7. h. t.*

251. Legatis quoq; municipiorum succurritur ex Principum Marci & commodi constitutione *l. legatis. 8. h. t.*

252. His adcedunt qui sub custodia militari, vel in vinculis vel in lautumijs vel in servitute vel in hostium potestate fuerunt *l. si idcirco. 2. C. h. 2. l. succurritur. 9. l. in eadem. 10. l. ej quoq. 11. l. item ei. 14. h. t. vel studiorum causa ad fuerunt juxta *l. nec non 28. eod.**

253. Et generaliter quotiescunq; quis ex necessitate non ex voluntate abfuit dici oportet, ei subventendum, sive procuratorem, habuit sive non *l. sed C. 26. §. fin. in fin. h. t. l. 1. §. 1. eod.*

254. Tandiu

254. Tandiu autem Reipubl. causâ abesse quis videbitur, quamdiu officio  
allicui præest, quod si finitum fuerit officium, jam desinit abesse reipubl. causâ *l. si  
cui. 38. §. tamdiu. 1. h. t.*

255. Quemadmodum autem superscriptis personis succurrit Prætor, ne capian-  
tur: ita & adversus ipsas, succurritne capiant. *l. item. 21. in pr. h. t.*

256. Et sicut damno eos adfici non vult; ita lucrum facere non patitur *l. ergo. 11  
22. §. sicut. 1. h. t.*

257. Forma est, primò ut absentia sit iusta, necessaria, probabilis. *l. 1. h. non  
enim. 16. l. nec non. 28. in pr. h. t.*

258. Secundò ut damnum sit datum. *l. Et sive. 27. h. t.*

259. Tertiò ut restitutio intra statutum tempus petatur. *l. fin. C. de temp.  
in integ. restit. vid. tb. 21. 5.*

260. Effectus hujus Edicti est, ut actionem producat *l. 1. §. cum de. 3. h. t.*  
non quidem directam, quippe quæ usucapione vel non utendo extincta est. *l. ab  
hostibus. 18. C. de postlim. revers. sed rescissoriam l. nec non 28. §. exemplo. 5. h. t.  
d. l. 18. C. d. tit.*

261. Hæc usucapionem rescindit, quæ rescissâ judicium instauratur. *l. 1. Et  
2. C. h. t.*

262. In quod fructus & id, quod interest, veniunt *l. ait prætor. 23. §. item ei.  
2. h. Et sive. 27. h. t.*

263. Datur hæc actio non tantum absentibus sed etiam in absentes omnes,  
qui non defenduntur *l. item ait. 21. §. Et erit. 1. h. t.*

264. Expirat anno. *l. 1. §. cum de. 3. h. t. nec non. 28. §. si quis. 3. h. t.* Quamvis  
lite contestatâ perpetua sit. *§. 1. §. de perp. Et temp. act.*

265. Finis est, ne absentia necessaria vel probabilis absenti, vel per absentem  
præsenti, oblit *l. 1. l. nec non 28. in pr. h. t.*

266. Ad finis huic restitutioni est, restitutio minorum. *l. fin. C. de temp. in  
integ. restit. Respublica. l. Respub. 4. C. h. t.*

267. Contraria; dolus malus. *l. sed Et 26. §. Et adycitur. 6. h. t. negligentia  
& culpa restitutionem petentis l. non enim. 16. eod. defensio idonea. l. is qui. 39. l.  
item. 21. §. fin. cum l. seq. h. t. præscriptio. l. fin. C. de temp. in integ. restit.*

268. Coronidis loco heic notandum: & majoribus & minoribus hodie sub-  
veniri extra ordinem, non ex edicto cognitione Prætoris, sed à principe vel à  
senatu *l. hoc edictum. 2. §. hoc. 1. h. t.*

## DE ALIENATIONE JUDICII

### MUTANDI CAUSA FACTA.

269. Sexta causa restitutionis dandæ est, si quis re alienatâ vel possessione, do-  
lo malo duriorem adversarium suo loco substituerit. *l. 1. Et 2. h. t.*

270. Alienatis




270. Alienatio est dominij vel possessionis vel juris in alium translatio. *l. item si. 4. §. non solum. 2. §. ad jura. 4. b. t.*
271. Causa efficiens hujus restitutionis est proconsul. *l. 3. in pr. b. t. prator. l. ex hoc. 8. §. 1. eod.*
272. Impulsiva est justus error. *l. si ve. 2. de in integ. restit.*
273. Materia est dominium, possessio, jura. *d. l. 4. §. 2. §. 4. b. t.*
274. Forma est, ut dolo malo & mutandi judicij futuri, non presentis causâ, alienatio facta sit. *l. ex hoc. 8. §. nisi. 1. b. t. l. item. 4. §. 1. §. 4. eod.*
275. Ex quo apparet, eum qui verecundâ cogitatione lites execratur. *d. l. 4. §. 1. b. t.* aut ob valetudinem, aut ætatem, aut occupationes necessarias litem in alium transtulit, in eâ causâ non esse, ut hoc edicto teneatur, cum in edicto, doli mali fiat mentio. *d. l. item. 4. §. si quis. 3. b. t.*
276. Effectus est, ut is qui in fraudem alienavit, teneatur in factum actione, quanti interest, rem non amississe, si petere non possit ab eo, cui alienata est. *d. l. 4. in pr. b. t.*
277. Vel si eam petere possit, quanti nostrâ intersit, alium adversarium non habere. *l. omnibus. 1. b. t.*
278. Quid ergo est, si is adversus quem talis actio competit paratus sit utile judicium pati, perinde ac si possideat? rectè dicitur denegandam esse adversus eum ex hoc edicto actionem. *l. quia 3. §. fin. b. t.*
279. Hæc actio non est pænalis, sed rei persecutionem arbitrio judicis continet, quare & heredi dabitur. *d. l. item. 4. §. fin. b. t.*
280. In heredem autem vel similem, vel post annum non dabitur. *d. l. 4. §. fin. junctis l. 5. §. 6. b. t.*
281. Quia pertinet quidem ad rei persecutionem, videtur autem ex delicto dari. *l. quia 7. b. t.*
282. Finis est, ne alterius causa, ex alieno facto, deterior fiat. *l. 1. in pr. b. t. l. non debet. 74. de R. J.*


DEO uni & trino sit laus, honor  
& gloria.

COROLLARIUM


ANTINOMIAM esse in jure nostro } Non esse.  
Tō Jō dōza



32. Albinus, de mutuo.  
34. Anselm, Grundriß der Grund maximen.  
35. Struv. de bonis mariti in rebus uxoris immobilibus  
inestimato in dotem dato.  
36. Struv, de lucro dotis ejusque privilegio in concursu  
creditorum. non ver. Gai mitß Gützigau Harbenburg.  
37. Schaeffer, de atramento.  
38. Bierlingius. de eruditione politica.  
39. Bünting, de jure filii.  
40. Büchel, de prima instantia camerae quoad personas.  
41. Buchholtz, vindictae secundum dispensationem metri  
mariti cum defunctae uxoris favore ab infideli.  
42. Stoyce de jure matrimonii et institutione.  
43. Stoyce de fine matrimonii.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn749384131/phys\\_0028](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn749384131/phys_0028)

DFG

omnia tractant, mox nimium  
re sibi imaginantur, sana veræ sa-  
cipia rident, contemnunt, præ-  
cant, ingenio maxime si præ-  
cum ratione insanire possint.  
vero eiusmodi homines reli-  
tis studiis in patriam reuertuntur  
ra Reip. subeunda iis sunt, tum  
rique sero nimis animaduertunt  
ces se fere ad omnia esse, tem-  
se in Academiis peractum, &  
frustra erogatos esse, nec aliis fu-  
quem hauserunt in Academiis,  
vendi posse, quam ipsi quidem  
marunt. Vt adeo finis studiorum  
di hominum plerumque sit non  
vero, Clarissime Candidate, aliam  
es viam. Iusto ordine cœpi  
Iuris prudentiæ, neglectis vanis  
studiis, illis tantum sedulo incut-  
ipsis rerum obtinent argumentis  
liciter ea absoluiſti, vt dignus fu-  
tus, ab illustri collegio nostro  
in iure honores ex merito confe-

